

In rostrum et plumas, et grandia lumina vertit.  
 Ille sibi ablati fulvis amicitur ab alis,  
 Inque caput crescit, longosque reflectitur unguis,  
 Vixque movet natas per inertia brachia pennas,  
 Fœdaque fit volucris, venturi nuntia luctus,  
 Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

## C A P. XV.

*Le Sirene vestono ali d'uccelli.*

Io son dolce Sirena,  
 Che i marinari in mezzo il mar dismago;  
 Tanto son di piacere a sentir piena.  
 (DANTE, Purg. C. XIX.)

**H**ic tamen indicio pœnam, linguæque videri  
 Commeruisse potest: vobis, Acheloides, unde  
 Pluma, pedesque avium, cum virginis ora geratis?  
 An quia cum legeret vernos Proserpina flores,  
 In comitum numero, doctæ Sirenes, eratis?  
 Quam postquam toto frustra quæsistis in orbe,  
 Protinus ut vestram sentirent æquora curam,  
 Posse super fluctus alarum insistere remis  
 Optastis, facilesque Deos habuistis, et artus

*Sibi ablati.* Tolto a sè stesso, cioè spogliato del primo aspetto.  
*Amicitur.* È coperto.  
*Inque caput crescit.* E il suo capo diviene più grosso delle altre membra.

*Longosque reflectitur unguis.* Le sue unghie diventano adunche, piegate in dentro.

*Fœda.* Di sconcio aspetto.

*Dirum mortalibus omen.* L'Anquillara traduce:

Si fece un gufo, e ancor suo grido è tale,  
 Che ovunque il fa sentir predice male.

XV. *Hic etc.* Ascalafò per aver fatto la spia (*indicio*) meritò la pena di esser mutato in gufo, ma voi o Sirene ecc.

*Acheloides.* Chiamavansi così le Sirene perchè figlie del fiume Acheloo.

*Unde etc.* Perchè avete le penne di uccelli e il volto di vergini?

*Doctæ.* Maestre nel canto.

*Ut vestram sentirent etc.* Cioè per poter cercar diligentemente Proserpina anche nel mare.

*Alarum . . . remis.* Col remeggio delle ali.

*Faciles.* Benigni, come quelli che vi accondarono ciò che desideravate.

Vidistis vestros subitis flavescere pennis.  
 Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,  
 Tantaque dos oris, linguæ deperderet usum,  
 Virginei vultus, et vox humana remansit.  
 At medius fratrisque sui, mæstæque sororis,  
 Jupiter, ex æquo volventem dividit annum:  
 Nunc Dea, regnorum numen commune duorum,  
 Cum matre est totidem, totidem cum conjuge menses.  
 Vertitur extemplo facies et mentis, et oris:  
 Nam modo quæ poterat Diti quoque mæsta videri,  
 Læta Deæ frons est: ut sol, qui tectus aquis  
 Nubibus ante fuit, victis e nubibus exit.

## C A P. XVI.

*Aretusa conversa in fonte.*

**E**xigit alma Ceres, natâ secura receptâ,  
 Quæ tibi causa fugæ? cur sis, Arethusa, sacer fons?  
 Conticuere undæ, quarum Dea sustulit alto  
 Fonte caput, viridesque manu siccata capillos,  
 Pars ego Nympharum, quæ sunt in Achaïde, dixit,  
 Una fui; nec me studiosius altera saltus

*Canor etc.* La facoltà di cantare data loro da natura per allettare le orecchie. Non furono mutate tutte in uccelli, ma conservarono il volto di donne, perchè avendo la voce umana, potessero soavemente cantare. Esse, secondo Omero, (*Odiss. XII.*) avevano

Voce, che inonda di diletto il core,  
 E di molto saver la mente abbella.

*At medius.* Giove di mezzo al fratello Plutone e la sorella Cerere, cioè favoreggiando l'uno e l'altra del pari, divise l'anno in due parti uguali (*ex æquo*), stabilì che Proserpina stesse per sei mesi nell'Inferno con Plutone, e per gli altri sei in Cielo con Cerere. Dice ciò forse a significare che la Luna la quale è l'istessa cosa che Proserpina e Diana illumina ugualmente l'emisfero superiore che quello inferiore.

*Facies . . . mentis.* L'affezione dell'animo. Dalla tristezza passa alla gioia.

XVI. *Exigit alma Ceres.* Nel Cap. XIII. Aretusa avea promesso a Cerere di narrarle, quando fosse più lieta, la causa della sua trasformazione in fonte: ora Cerere stessa tranquilla per il ritrovamento della figlia chiede ad Aretusa che le mantenga la promessa.

*Causa fugæ.* Perchè dall'Elide sia fuggita in Sicilia.

*Undæ.* Le onde del fonte cui presedeva Aretusa.

*Achaïde.* Acaia parte di Grecia.



Legit, nec posuit studiosius altera casses.  
 Lassa revertēbar (memini) Stymphalide silvā:  
 Aestus erat, magnusque labor geminaverat aestum:  
 Invenio sine vortice aquas, sine murmure euntes,  
 Perspicuas ad humum, per quas numerabilis alte  
 Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.  
 Cana salicta dabant, nutritaque populus undā,  
 Sponte sua natas ripis declivibus umbras.  
 Accessi, primumque pedis vestigia tinxī:  
 Nescio quod medio sensi sub gurgite murmur.  
 Territaque insisto propioris margine ripae;  
 Quo properas, Arethusa? suis Alpheus ab undis,  
 Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.  
 Sicut eram fugio: tanto magis ille premebat,  
 Ut fugere accipitrem pennā trepidante columbā,  
 Ut solet accipiter trepidas urgere columbas.  
 Usque sub Orchomenon, Psophidaque, Cyllenemque,  
 Mænaliosque sinus, gelidumque Erymanthon, et Elim,  
 Currere sustinui; nec me velocior ille:  
 Sed tolerare diu cursus ego viribus impar  
 Non poteram; longi patiens erat ille laboris.  
 Per tamen et campos, per opertos arbore montes,  
 Saxa quoque, et rupes, et qua via nulla, cucurri.

*Nec . . . altera etc.*

Ninfa in Grecia non fu che conoscesse  
 Meglio le selve, i piani, i monti, i sassi,  
 Nè che le reti meglio vi tendesse.

(ANGUILLARA)

*Stymphalide.* Stinfalo era città e monte di Arcadia.

*Labor.* La fatica della caccia.

*Perspicuas ad humum.*

Acqua che nulla nasconde.

(DANTE, Inf. C. XXVIII.)

Senza contesa al fondo porta il lume.

(ARIOSTO)

E senza avere in sè mistura alcuna chiarissimo il suo fondo mostrava essere d'una minutissima ghiaccia, la quale tutta, chi altro uon avesse avuto a fare, avrebbe, volendo, potuto annoverare. (BOCCACCIO, Giorn. VII)

*Propioris margine etc.* Salto sul margine della ripa più vicina.

*Orchomenon, Psophida . . . Elim.* Tutte città di Arcadia. Il Cilene, il Menalo e l'Erimanto sono monti della stessa regione.

*Qua via nulla.*

Per balze e per pendici orride e strane

Dove non via, dove sentier non era,

Dove non segno di vestigia umane.

(ARIOSTO, C. II.)

Sol erat a tergo: vidi præcedere longam  
 Ante pedes umbram, nisi si timor illa videbat.  
 Sed certe sonituque pedum terrebar, et ingens  
 Crinales vittas afflabat anhælitus oris.  
 Fessa labore fugæ: Fer opem, deprendimur, inquam,  
 Armigeræ, Diana, tuæ, cui sæpe dedisti  
 Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharetra  
 Mota Dea est, spissisque ferens e nubibus unam  
 Me super iniecit. Lustrat caligine tectam  
 Amnis, et ignarus circum cava nubila quærit.  
 Bisque locum, quo me Dea texerat, inscius ambit,  
 Et bis, Io Arethusa, Io Arethusa, vocavit.  
 Quid mihi tunc animi miseræ fuit, anne quod agnæ,  
 Si qua lupos audit circum stabula alta frementes?  
 Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit  
 Ora canum, nullosque audet dare corpore motus?  
 Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit  
 Longius ulla pedum; servat nubemque, locumque.  
 Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus;  
 Cæruleæque cadunt toto de corpore guttæ:  
 Quaque pedem movi, manat lacus, eque capillis

*Vidi . . . ante pedes.*

Egli innanzi al mio piè faceva già l'ombra.

(ANGUILLARA)

*Sonitu . . . pedum terrebar etc.*

Il propinquo scoppiar sento del piede,

E il troppo acceso spirto al crin mi fiede.

(IDEM)

*Armigeræ.* Perchè portava l'arco, la faretra, e le saette di Diana.

*Mota.* Fu commossa a pietà.

*Spissisque ferens etc.* Avvicinando a me una folta nube mi ricoprì con essa.

*Lustrat caligine tectam.* Si aggira intorno a me chiusa dalla nube.

*Quid mihi tunc animi.* Modo simile a questo ha l'Ariosto:

Che cor, Duca di Sora, che consiglio

Fu allora il tuo?

*Non . . . abscedit.* L'Alfeo non si parte.

*Neque enim vestigia cernit.*

Perchè vedo

Che più lunge il mio piè stampa non forma.

(ANGUILLARA)

*Occupat . . . sudor.* Il poeta finge che Aretusa si liquefacesse in acqua a motivo del soverchio sudore.

*Obsessos.* Assediate, circondate dall'Alfeo.

*Manat lacus.* Scaturisce acqua.



Ros cadit, et citius, quam nunc tibi facta renarro,  
In latices mutor. Sed enim cognoscit amatas  
Amnis aquas, positoque viri, quod sumpserat, ore,  
Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.  
Delia rupit humum: cæcisque ego mersa cavernis  
Advehor Ortygiam, quæ me, cognomine Divæ  
Grata meæ, superas eduxit prima sub auras.

## C A P. XVII.

*Trittolemo insegna l'agricoltura. Linco mutato in  
lince: le Pieridi in piche.*

Le piche misere sentiro  
Lo colpo tal che disperar perdono.  
(DANTE, Purg. C. I.)

**H**ac Arethusa tenus. Geminos Dea fertilis angues  
Curribus admovit, frenisque coërcuit ora,  
Et medium cæli terræque per aëra vecta est;  
Atque levem currum Tritonida misit in urbem  
Trittolemo; partimque rudi data semina jussit  
Spargere humo, partim post tempora longa recultæ.  
Jam super Europen sublimis, et Asida terram  
Vectus erat juvenis; Scythicas advertitur oras:

*In latices.* In acqua.

*Positoque viri . . . ore etc.* E posta giù la forma umana ecc.

*Rupit.* Aprì la via sotterra.

*Cæcis.* Oscure, caliginose.

*Ortygiam.* Isola di Sicilia presso Siracusa. Chiamavasi Ortigia anche l'isola di Delo, e perciò Diana ivi nata aveva i soprannomi di *Delia*, e *Ortygia*.

XVII. *Hac Arethusa tenus.* Finquì parlò Aretusa.

*Dea fertilis.* Cerere Dea della fertilità.

*Angues.* Il carro di Cerere era tratto da serpenti alati.

*Medium cæli etc.* Di mezzo al cielo e alla terra.

*Tritonida . . . urbem.* Atene sacra a Pallade, la quale era nata presso la palude Tritonide.

*Trittolemo.* Egli insegnò ai Greci e specialmente agli Ateniesi l'agricoltura. Perciò si finge che Cerere gli desse il suo carro, e che trasportato da quello andasse pel mondo ad insegnare agli uomini Parte di coltivare i campi.

*Rudi . . . humo.* Terra non mai coltivata.

*Recultæ.* Quella che dopo un certo riposo si ricoltiva di nuovo, e chiamasi dai contadini *noveto*.

*Scythicas advertitur oras.* Si volge alla Scizia.

Rex ibi Lynceus erat: regis subit ille penates.  
Quà veniat, causamque viæ, nomenque rogatus,  
Et patriam; Patria est claræ mihi, dixit, Athenæ;  
Trittolemus nomen; veni, nec puppe per undas,  
Nec pede per terras; patuit mihi pervius æther.  
Dona fero Cereris, latos quæ sparsa per agros  
Frugiferas messes, alimenta que mitia reddant.  
Barbarus invidit, tantique ut muneris auctor  
Ipse sit, hospitio recipit, somnoque gravatum  
Aggreditur ferro. Conantem figere pectus  
Lynca Ceres fecit, rursusque per aëra jussit  
Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.  
Finierat doctos e nobis maxima cantus.  
At Nymphæ vicisse Deas Heliconæ colentes  
Concordi dixere sono. Convicia victæ  
Cum facerent: Quoniam, dixit, certamine vobis  
Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpæ  
Additis, et non est patientia libera nobis,  
Ibimus in pœnas, et, quo vocat ira, sequemur.  
Rident Emathides, spernuntque minacia verba,  
Conatæque loqui, et magno clamore protervas  
Intentare manus, pennas exire per unguis  
Aspexere suos, operiri brachia plumis,  
Alteraque alterius rigido concrecere rostro

*Quà.* In qual modo, o per nave, o a piedi per terra.

*Pervius.* Penetrabile.

*Lynca.* Accusativo singolare alla greca. Cerere lo mutò in lince.

*Mopsopium.* Ateniese: l'Attica chiamavasi *Mopsopia* dal re Mopsopo.

*Jugales.* Gli aggiogati serpenti.

*Finierat.* Bisogna ricordarsi che al capitolo decimo avea cominciato a cantar Calliope, la quale ha narrato tutte le cose dette finquì, e ora fa fine.

*Nymphæ.* Quelle elette a giudici nella sfida del canto tra le Muse e le Pieridi.

*Deas.* Le Muse.

*Concordi . . . sono.* Unanimemente.

*Maledicta.* Villanie.

*Culpæ.* All'ignoranza.

*Non est patientia etc.* Non possiamo più soffrir la vostra protervia.

*Ibimus in pœnas.* Ci accingeremo a punirvi.

*Emathides.* Le Pieridi oriunde dell'Emazia, o Macedonia.

*Intentare manus.* Stender le mani in atto di minaccia.



Ora videt, volucresque novas accedere silvis.  
 Plangere dumque volunt, per brachia mota levata  
 Aëre pendebant, nemorum convicia, picæ.  
 Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,  
 Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi.

*Plangere dumque volunt etc.* E mentre voglion percuotersi il petto, per le scosse braccia pendono in aria.

*Nemorum convicia.* Uccelli che fanno risuonare i boschi di garriti e maledizioni.

*Studium . . . immane.* Immensa voglia.

Ed ancor vana, insipida e loquace.

D'imitar l'uom si studia, e si compiace.

(ANGUILLARA)

## OVIDIO

## LE METAMORFOSI

## LIBRO SESTO



## CAP. I.

*Aracne espertissima di lanificio sfida Pallade.*

**P**ræbuerat dictis tritonia talibus aures,  
 Carminaque Aonidum, justamque probaverat iram.  
 Tum secum; Laudare parum est; laudemur et ipsæ,  
 Numina nec sperni sine pœnâ nostra sinamus:  
 Mæoniæque animum fatis intendit Arachnes,  
 Quam sibi lanificæ non cedere laudibus artis  
 Audierat. Non illa loco, nec origine gentis  
 Clara, sed arte fuit: pater huic Colophonius Idmon,  
 Phocaico bibulas tingebat murice lanas:  
 Occiderat mater; sed et hæc de plebe, suoque

1. *Præbuerat dictis.* Vedi Lib. V.

*Tum secum.* Disse tra sè: È poco lodare gli altri: voglio esser lodata anch'io.

*Mæoniæ.* Di Lidia, la quale chiamavasi così dal re Meone.

*Animum fatis intendit.* Applica l'animo suo a pensare alla pena da prendersi di Aracne.

*Loco.* Patria.

*Origine gentis.* Per nobiltà di famiglia.

*Colophonius.* Di Colofone città di Ionia.

*Phocaico . . . murice.* *Murex* è una specie di conchiglia del cui succo gli antichi facevan la porpora: e questa conchiglia, come in altri luoghi, trovavasi anche presso Focea città della Ionia.

*Bibulas.* Che bevono, attraggono facilmente i colori.